

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses  
Viator**

**Millieu, Antoine**

**Lugduni, 1636**

Libri Noni Argumentum, & Synopsis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](#)

*L I B R I   N O N I*  
*Argumentum, & Synopsis.*

**A**BSENTIAM Ducis, longiorem quam sperauerat, non ferens populus, & diuturniores ad Sinam pertæsus moras inexpiabili scelere in idolatriam labitur facto, fusisque Vitulo aureo, ac per extremæ amentiæ stuporem propè incredibilem dedicato, & publica Apotheosi consecrato. Hæc summa fuit Religio-  
nis, & fidei tentatio, & peccatum contra primum diui-  
næ antiquissimæ, recentissimæque legis caput, quod to-  
ties postea populo Deus ad pudorem obiecit: nec du-  
bium est, quin Diabolus, idolomania author, permisâ  
ad tentandum potestate, & horâ tenebrarum, præstigiis  
hic suis plurima molitus fit ad reuocandos Apis, & Isidis  
nefarios ritus, quibus probabile est inter Ægyptios, ple-  
rosque Israëlitarum fuisse corruptos. Moses è monte re-  
uersus facinoris atrocitatem seuerè vltus, Dei iustitiam  
vindicem placare satagit, comminuto primùm idolo,  
eiisque cineribus populo propinatis, largissimo deinde  
sacrilegorum sanguine: salutari denique pœnitentiâ pu-  
blicè indictâ, cum specie nonnulla publici interdicti,  
exportatis sacris extra castra. Deo tandem exorato in  
montem redit ad tertium ieunium quadraginta dierum,  
& legem recuperandam nouis tabulis cum sceleris pu-  
blici veniâ. Pœnitentia idolatriam expiat, quam victor  
tandem Christus toto orbe profligabit. Tragœdiæ actus  
dabit Synopsis.

1 Sceleris atrocitas, & stupenda populi cæcitas pro-  
ponitur.

2 Querelæ, & causæ fastidij in absentia Mosis lõgiore.

3 Diabolus seditionis incentor, occasione oblatâ ad  
suadendam idolatriam, cuius ipse inuentor fuit, illusis

T 2 olim

292 Libri IX. Argumentum,

olim gentibus, vtitur ipse bellua; Babyloniam meretricem purpuratam tergo inuehit, Apocal. 17. quæ impietatis poculum toti orbi propinat.

4 Miscet se populo per castra, & fictis causis impie-  
ratem suadet, obtentu liberæ religionis, & exemplo alia-  
rum nationum: spargit in vulgus falsum rūmorem de  
morte Mosis; tanquam fulmine iactus deslagrabit.

5 Infania populi à Babyloniam meretricis poculo.

6 Traditio, an Rabbinica fabula? de viso inter nubes  
Mosis cadauere; vnde fūor multitudinis nques Deos  
flagitantis.

7 Stupor incredibilis ducum, qui furorem populi non  
represserint.

8 Traditio est Rabbinica, Hurum conatum esse multi-  
tudinis insaniam prohibere, sed frustra, nec sine vitæ dis-  
crimine.

9 Propter eam libertatem vexatus contumeliis à po-  
pulo, si non occisus, vt quibusdam placuit; qui eum  
Martyrem faciunt. Aronis trepidatio indigna Principe,  
grauiissimum eius peccatum non excusat.

10 Aaron metu, aut prudentia carnis cæcatus, pretio  
ingenti materiæ fusilis tentat auertere insaniam, aurum  
postulat ad fingendum simulacrum.

11 Nullis sumptibus parcit impietas: spoliatur fides  
mysticis suis ornamentis, & monilia Synagogæ proii-  
ciuntur in ignem.

12 Fingitur hic vituli faber Acoreus, simulacrorum  
insignis artifex: quæ causa vituli fingendi potius, quam  
alterius simulacri? an fuerit Apis, an Isis?

13 Statuitur Idolum bouilla maiestate, habitu Apis  
Ægyptij.

14 Satanæ fraudes, in obsidendis, & mouendis Idolis  
ad illusionem populi.

15 Dei patientia in ferenda populi blasphemiam in  
consecratione Vituli.

16 Dies solennis indicta per præconem ad nefarios  
ritus sacrorum: impietatis pompa describitur.

17 Indigetatio

- 17 Indigetatio Apis, aut Nili in vitulo.
- 18 Comessatio populi, qui fedit manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.
- 19 Deus iratum se ostendit in morte Moſi, & scelere populi offendum grauiſſime.
- 20 Offendum placare iſſit Moſes humiliis precibus, & per sanctissima quæque obſecrat.
- 21 Placatior Deus eum cum tabulis in caſtræ redire iubet.
- 22 Moſes agnito scelere, dolore incredibili ſaucius, tabulas ad rupem illas frangit : quare?
- 23 Inuadit, & deiicit Idolum, ſacra diſturbat, ac diſpat, adnitente Iofuë ministro : trepidante, & ſtupente populo ad illius reditum inopinatum, & ardorem animi.
- 24 Corripit grauiſſimè impios; ſceleris atrocitatē ostendit, & prima piacula indicit, potandas publicæ ignominiae fæces cum vituli fauilla.
- 25 Bibit ipſe, & Aaroni grauiſſimis verbis caſtigato propinat : tum Principib⁹ aliis, & omni populo.
- 26 Aaron separat noxios ab innoxiis : an indicio baſarum aurearum ? quas ſontibus aqua illa expiatoria tinixerit ad prodendos noxios, ut fabella fert Rabbinica.
- 27 Moſes ratus ſeuoriore aliquo exemplo ſatisfaciendum laſſæ maiestati diuinæ, & coercendam impietatem, iubet cædem noxiorū, & Leuitas, aliósque ad eā hortatur.
- 28 Laudantur vindices legis Leuitæ: merces zelo promittitur.
- 29 Imperat omnibus poenitentiam tanti ſceleris, dum ipſe aeturus de venia Deum adit.
- 30 Montem repetit ad ſecundum ieiunitium quadriginta dierum, & orandum populo veniam.
- 31 Placatur Deus Moſis precibus : qui factus audienter petit viſionem diuini vultus, ut pignus reconciliatæ gratiæ.
- 32 Deus fe promittit populo ductorem fore ſicut prius, & Moſi priuatim viſionem quandam mirabilem ſui in spelunca, ybi posteriora Dei viſurus fit.

T 3

33 Remittitur

294 Libri IX. Argumentum.

33 Remittitur in castra ex illo secundo colloquio die quadragesima ; tempus omne breue videtur in eiusmodi cum Deo congressibus.

34 Redit in castra ut præco Pœnitentia, quam Deus illi sociam dedit, populi pectoribus altè inferendam. Nemesis, seu Pœnitentia qualis cultus ; qui sensus.

35 Sacra exportat è castris Moses, translato tabernaculo ; quod sequuta est columna extra castra fixum, tanquam in publici interdicti luctu, Iosuë præfектus tabernaculo, ut sacrorum custos.

36 Pœnitentia Belluam cum Babylonia meretrice fugat, id est, Idolatriam castris longè extrudit, eique insultat : & Christum illius toto orbe victorem fore denuntiat.

37 Diabolus interim Mundi Princeps minatur Idola reponenda, etiam in populo Dei : quod nimis quam sæpe tentauit, & perfecit : gloriatur de sui in Idolis cultu toto orbe.

38 Repullulant capita hydræ, & meretrix Babylonia ad pompam toto circumfertur orbe sensim à Christo vincenda.

39 Multi Christianos inter Ieroboanes eam conantur reponere nefariis superstitionibus.

40 Ludi, spectacula, scenica, saltationes, laruæ, Bacchanal Christianis iam vrbibus annum, quid aliud quam Idolorum & impietatis reliquiae ? & Venter Deus Crucis Christi inimicis dedicatus.

41 Quæ tandem aliquando omnia profligabit Christus. Moses interim reddit in montem expolitis nouis tabulis.

LIBER